

- Liberi Patris ferre ac propagare, tamen ista iam non consector.
 mandas igitur ut montanas vites, quantas possum, tibi comparem,
 quibus instruere vineam tuam possis et inditam^(a) iandudum fer-
 rariensi vino notam^(b) tollere, easque cum radicibus suis mittam.
 5 id ego tibi efficerem. singulos amicos, qui opem conferre ad hoc
 possent, conveni. omnium una sententia existimatum^(c) ut la-
 boriosam, ita et inanem rem a te tentari, quod huiusmodi vites
 in arido solo atque, ut verius dixerim, in uno saxo et genite et
 nutritæ, in paludosa palude coalescere^(d) non poterunt, aut, si coale-
 10 scant, quod non facile fiet, naturam omnem ut mutant necesse est.
 ita autem futurum, certa quedam maiorum experientia demonstrat.
 est Vicus Aggeris paduani agri pars fertilis^(e) ut quevis^(f) alia,
 quod vel hoc solo deprehendere licet quod opulentos et divites
 colonos habet. hic^(f) locus maiore pene^(g) ex parte montanis vi-
 15 tibus consitus est, studentibus quondam, ut reor, incolis, quos^(h)
 simile fortasse desiderium ceperat, naturam loci arte industriaque
 superare. verum, quia demissior est tellus et naturalibus⁽ⁱ⁾ proxima,
 usque adeo degeneravere palmites ut ne mediocre quidem, sed quale
 solemus sub ardenti sole estatis appetere, austerum tenueque^(k)
 20 vinum producant. in quo nichil est quod miremur, cum videamus
 non modo plantas et sata, que terre coherent, sed et animalia^(l)
 quoque et homines loci mutatione variari et in aliam pene naturam
 converti. sed ne aut a me tibi aut ab amicis michi, petentibus
 nobis opem, dari consilium tantum existimes, ego, quod solum
 25 in me est, operam meam et sollicitudinem polliceor; illi vero,
 ut prudenter consilium quod non petis, ita et quam petis libera-
 litatis opem offerunt^(m). quod autem radicata vites expostulas⁽ⁿ⁾,
 id ita difficile fiet ut vix ad quartam^(o) partem numeri a te con-
 stituti pertingi possit. non est enim hic mos, qualem apud vos^(p)
 30 intelligo, ut cum radicibus venales conferantur in urbem vites,

il progetto dell' a-
 mico, che vuol tra-
 piantare nel suo
 vigneto delle viti
 dai colli Padovani,
 a fin di migliorare
 il vino ferrarese,
 è da tutti giudica-
 ta un'impresa aba-
 gliata, a causa della
 diversità di suolo.

Un simile tenta-
 tivo fu già fatto
 a Vigodarzere;

ma, in pianura,
 quelle viti degene-
 ravano, dando solo
 un vinello aspro;

il che, del resto,
 non deve destare
 meraviglia, essen-
 do nell'ordine del-
 la natura.

Si farà però per
 lui quanto sarà
 possibile.

Ora, poichè nel
 Padovano non si
 vendono piantoni
 radicati,

(a) P Indictam (b) P om. notam (c) B inexistimatum P inexistimatum Codd.
 laboriosum (d) P convalescant (e) Codd. aut quevis (f) P his (g) P maiore fere
 (h) quos corr. in cum da seconda mano in B (i) Il Sabbadini emenderebbe in con-
 vallibus (k) B tennemque P austerum gravemque (l) P sed animalia (m) P offerant
 (n) B expostules P radicata vites (o) B quotam (p) B qualem apud nos

(1) Vigodarzere, distante circa cinque chilometri da Padova verso settentrione.